REGVLA SAN-
CTISSIMI D. N. D. PAVLI

Papæ Tertii, Reuocationis expectatiua
rum, illarumq; extenſionum, & mu
tationis collationum, necnon de
prouidendo mandatorum qui
buſuis perſonis & collegiis
conceſſorum.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



uarum
nefic
nomi
mand
do a
cessi
tii,
in C
lor
ex
uat
sur
fr
c
i

SAnctiſsimus in Chriſto Pater & Dominus noſter dñs Paulus diuina prouidentia Papa tertius, qui poſt publicationē conſtitutionis ſuæ expectatiuarum & aliarum gratiarum ad vacatura beneficia ac ſpecialium reſeruationum necnon nominationum & nominandi facultatum ac mandatorum de prouidendo ſeu cōmendando aut aľs diſponendo quomodolibet conceſſorum reuocatione die prima mēſis Martii, Pontificatus ſui Anno Quartodecimo, in Cancellaria Apoſtolica factam ad nonnullorum importunam inſtātiam ſeu preces aut ex aliis cauſis plura alia ſimilia gratias reſeruationes & mandata in diuerſarum perſonarum ſeu etiam Collegiorum fauorem cōceſſit cupiens ambitioſe cupiditati eorum pro quibus gratiæ reſeruationes & mandata huiuſmodi emanarunt obuiare ac ex aliis ratio/

nabilibus cauſis conſtitutionem prædictam innouando omnia & ſingula expectatiuas & alias citra acceſſus & regreſſus ac de cõſenſu coadiutorias gratias ad vacatura beneficia earumq; reualidationes, extenſiones, & mutationes collationum etiam ſi qui per eas in Canonicos ſub expectatione prebendæ &c. vel portiõis creati vel recepti fuerint, ac præterq̃ ſuper quibus per Cancellariam prædictam literæ in forma ſolita expediri conſueuerunt ſpeciales reſeruationes etiam mentales ac nominationes necnon nominandi facultates & mandata de prouidendo de beneficiis Eccleſiaſticis vacaturis & illa commendãdo aut aľs de illis diſponendo preterq̃ in forma Capituli mandatum in Francia quibuſuis perſonis & Collegiis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant & quauis Eccleſiaſtica ſeu mundana dignitate præfulgeant Sanctæ Romañ. Eccleſiæ Cardinalibus dũtaxat

exceptis etiam de conſenſu ordinariorũ Col
latorum quoad beneficia de quibus ipſi ordi
narii diſponere non poſſunt ab eadem Sãcti
tate ſua & ſede predicta ſeu eius legatis ſub
quibuſcunq; tenoribus & formis etiam Mo
tu proprio & ex eius certa ſcientia ac de Apo
ſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam Impera/
toris, Regum, Ducum, & aliorum principum
conſideratione & ex quibuſuis declarationi/
bus, & mentis ſuæ atteſtationibus, ac a reuoca
tionibus præſeruatiuis, aliiſq; etiam deroga/
toriarum derogatoriis & efficacioribus ac in
ſolitis clauſulis necnon Irritañ. & quod illa
extunc vere & non ficte effectum ſortita ſint
& plenum ius in re acquiſitum cenſeatur ac il
lis nõ niſi ſub certis modo et forma in eis ex/
preſſis vel de conſenſu eorum quibus con/
ceſſa fuerint derogari poſſit, & quod illa vl/
lo modo reuocari nequeant. Et ſic per quoſ/
cunq; Iudices iudicari debeat aliiſq; effica/

cioribus, etiam vim contractus inducentibus decretis conceſſas & conceſſa, approbatas & approbata, quorum omnium tenores Formas & decreta in illis appoſita S. ſua pro expreſ/ ſis habere voluit quoad ea in quibus vere & realiter ac aliter q̃ ex decreto in eis appoſito non erant effectum ſortita ex nunc prout ex die kal. Aprilis proxime futuri reuocauit. decernens extunc irritum & inane quicquid ſecus prætextu ſic reuocatarum eatenus fa/ ctarum & conceſſarum ac quæ impoſterum fierent & concederentur gratiarum reſerua/ tionum, facultatum, & mandatorum etiam cũ præſentis conſtitutionis expreſſa derogatione fieri contingeret & poſt ipſius conſtitutionis quæ fieret & quam pro facta haberi vo/ luit ſingulis diebus publicationem. Sicq; in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcũq; cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & iu/ dices etiam Cardinales præfatos in dicta Cu

ria vel extra eam interpretari, ſententiari, diffiniri, & iudicari debere in quauis cauſa & inſtantia ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi vel interpretandi auctoritate & facultate. Irritum quoq; &c.

Placet publicetur: & deſcribatur A.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ M.D.XLIX. die vero Martis xxvi. Menſis Martii. Pontificatus autem Prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Anno Quintodecimo.

A. Lomellinus Cuſtos.